



Aug VI 182

Occasionalia
p. 111
vol. 22
W-182.

W-182



VIRO
Nobilissimo, Clarissimo, Doctissimo,
DOMINO



GODOFREDO
KÜPFENDERO,

Cum

Ob operam Gymnasio Magdalenæo per plurimos annos
Pro-Rectoris & Professoris nomine
fideliter impensam,

Die 30. Septembris, A. C. 1706.

Ejusdem Gymnasii RECTOR

Et paulo ante BIBLIOTHECÆ ad Ædem vicinam PRÆFECTUS
pronunciaretur,

Affectum quem IPSI debent

Carmine properato & tenui
testari conabantur,

ILLIUS

Auditores observantissimi,

VRATISLAVIÆ,

In Officina BAUMANNIANA Typis exprimebat

JOHANNES JANCKIUS,
Typographie Præfectus.



Edite jam tenebræ , redeunt sua lu-
mina Phœbo
Nec terror noctis, qui fuit ante,
manet.

Sat lacrymis curisque datum, sat funera fleta
Oraque sat rigida dilaniata manu.
Cede dolor mœrens, à quo ceu fonte perenni
Pieridum falsis ora rigantur aquis.
Tuque adeo lætos pia Magdalis indue vultus
Jam poteris luctu fortior esse tuo.
Sume novos cultus, velamina tristia pone,
Necte, licet capiti laurea ferta tuo.
Prospera Lux oritur : vos cedite verba dolentum
Votaque spesque suas nunc tenuisse nefas.
En, GRYPHII post fata, Virum qui pondera tanta
Sustinet, & claram nunc regit arte scholam
Sic quondam Alcides fesso portavit Olympum
Atlante , ut moles cœlica tuta foret.

Sic

Sic etiam nostri decus & tutela Lycei

Non dubiam dubiis præstitit ecce fidem.

Qualiter in tumido deprensus navita Ponto

Arte regit laceram, ne trahat unda, ratem;

Haud aliter, noster cum lumina clauferat Atlas,

Concideratque suis Magdalis ægra malis,

Fers humeris pondus firmasque labantia fulcra

Musarumque choros sub nova signa vocas.

Heu mihi! tot tenebras inter sævasq; procellas

Qui stares duro tempore, solus eras.

Solus eras, medias inter Symplegadas alter

Typhis, & in portum langvida vela trahis.

Magna Minorque Feræ quid sunt? Quid clara

Coronæ

Sidera? Tu Pollux Tu quoque Castor eras.

Illa regant Nautas, Tu nostri stella Lycei

Sis precor, & cœlum non nisi sero petas.

Te duce tot cœcas audet perumpere Syrtes

Magdalis, & fluctus spernere tuta maris.

Te Duce qui scelerum nigris mergatur ab undis

Quemque trahat Siren subdola, nullus erit.

Te Duce, Barbaries nequicquam bella movebit,

Huc licet ac illuc acta furore ruat.

Adspicis, ut frendens liventi expalleat ore

Spumarumque globos labra cruenta notent.

Flam-

Flammantes oculos partes detorquet in omnes.

Te videt & visu carpitur ipsa suo.

At te cingit Honor, tandem sua præmia Virtus

Obtinet: & Pietas debita ferta tulit.

En geminatur Honor, custodis scrinia docta,


Atque ipse es spirans Bibliotheca Scholæ.

Hinc Tibi promeritos omnes gratamur Hono-
res

Acclamat festo, Magdalis ecce sono.

HÆC TU PRO SALVIS FERS KÜPFENDERE CA-
MOENIS,

Ipse tuis titulis laudibus ipse fave.



Ung. VI 182

FLCN



VIRO
Nobilissimo, Clarissimo, Doctissimo,
DOMINO



**GODOFREDO
KÜPFENDERO,**

Cum
Gymnasio Magdalensæ per plurimos annos
Magistri & Professoris nomine
fideliter impensam,
die 10. Septembris, A. C. 1706.

Gymnasii RECTOR
THECÆ ad Ædem vicinam PRÆFECTUS
pronunciaretur,

et tum quem IPSI debent
Carminè properato & tenui
testari conabantur,

ILLIUS
Operes observantissimi.

VRATISLAVIÆ,
GODFREDO KÜPFENDERO Typis exprimebat

JOHANNES JANCKIUS,
Typographie Præfectus.

